

meine Vernunft rat fragen/Wie sichs räume oder möglich sey / daß ich seinen Leib  
 und Blut mündlich empfahen müge / und darnach als ein Richter über Gott seine  
 Worte nach meinem dunkel deuten. Nein so will ich nicht schwermen/ Er hats  
 gesagt/ da lasz ichs ben bleiben/ Verführt er mich/ so bin ich seliglich verführt/ Er  
 hat noch nie kein mahl gelogen/ kan auch nicht liegen. Hæc hypothesis (sunt  
 verba B. Henrici Höpfneri, quem omnino vide, Tract. pract. de cœna Do-  
 mini sect. I. artic. I. c. 5. apborism. 3.) non est indicium alicujus incertitudi-  
 nis: argumentatur enim Lutherus ab *hypothesi impossibili*, quod scilicet  
 non tantum numquam, sed etiam fieri non possit ullo modo, ut quis  
 verbis Dei seducatur. Tales enim hypotheses, quæ non modò in esse,  
 sed & in posse nihil ponunt, sic se habent, ut in iis supponatur tamen con-  
 sequentis, quām antecedentis impossibilitas, & ipsæ inserviant fortius  
 adstruendæ negationi. v.g. Si Angelus de cœlo evangelizaverit vobis,  
 præter id, quod evangelizavimus, anathema esto Gal. 1. id est, hoc num-  
 quam fiet, ut Angelus de cœlo aliud evangelizet. Ita & in verbis Lu-  
 theri (& sic consequenter in supra allegatorum aliorum autorum ver-  
 bis) amplificatur & exaggeratur assertio genuini sensus verborum In-  
 stitutionis ab eo, quod simpliciter est impossibile, quasi dicat: *Certus  
 sum, me verborum Christi proprio sensu non posse falli aut decipi, & quidem  
 tam certus sum, quām certus sum me à Deo falli non posse.* Imitatus est e-  
 nem Lutherus in hujusmodi formulâ ab impossibili ducti argumenti Vi-  
 ctorium lib. 2. de Trinit c. 2. Hactenus Höpfner. Unum adhuc addam,  
 ejusdem spiritus Lutherani, quod notavit in suis Recitationibus (p. 281.  
*Lipsiae excusis ann. 1583.*) piissimus & gravissimus ille superioris sæculi  
 Theologus Electoralis Nicolaus Selneccer, quæ est epistola ad Melanchthonem d. ult. Junij ann. 1530. à Lutero scripta, cujus verba ita habent: Quid  
 ad Te potissimum scribam, mi Philippe, planè ignoro, ita reverberant  
 me cogitationes de tuis pessimis vanisq; curis, ut qui sciam, furdo fa-  
 bulam narrari. Hoc facit, quod tibi soli credis, mihi & aliis non cre-  
 dis, magno tuo malo. Ego verum fatebor, Fui in majoribus angustiis,  
 quām tu futurus sis, spero optoq; nulli hominum, ne istis quidem, qui  
 jam ita sævi sunt in nos, quantumvis sint scelerati & nefarii, ut mihi si-  
 miles fiant. Et tamen in iis malis sæpe levatus sum verbo fratris, ali-  
 quando